

August Varenius    Henricus Hörn

**Illustrimorum Locorum Levitici Decas II. : In Pharascham Zav & Haschmini,  
proponens Scholam Sacerdotalem, ac in hac Tria Prima Sacerdotalia Scilicet  
Prima Consecrati Ordinis Solemnia ex c. 8. Prima Consecratorum Specimina ex  
c. 9 Prima Omnium Sacerdotum Errata ex c. 10.**

Rostochii: Richelius, 1662


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740034138>

Druck    Freier  Zugang



Ru. Mevl 1662

August Vareniiuska  
Vert.: Heinrich Nörn



לְמִנְחָה לְמִנְחָה וְנִחְמָה

28, c

Illuſtriſſimorum Locorum

# LEVITICI DECAS II.

In Pharaſcham ZAV & HASCHMINI,

*proponens*

SCHOLAM SACERDOTALEM,

*ac in hac*

TRIA PRIMA SACERDOTALIA

*SCILICET*

PRIMA CONSECRATI ORDINIS SOLEMNIA *ex c. 8.*

PRIMA CONSECRATORUM SPECIMINA *ex c. 9.*

PRIMA OMNIUM SACERDOTUM ERRATA *ex c. 10.*

*Quam*

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ

PRÆSIDE

**AUGUSTO VARENIO,**

SS. Theol. D. Hebraicorum & Catech. Chrift

Ducali Professore ordin.

*In Auditorio Magno ab hor. 8, matut. iusbitur*

**HENRICUS Hörn/**

Regiomontan, Boruff.

*Die XXV. Jan.*

qui, anno juxta Martyrolog. Rom. secundo ab Ascen-  
sione DOMINI, fuit PAULI CONVERSI.

ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr. 662.

*Job. Christof. Mang.*

283

Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

17. 11. 1871



*Ad Praecellentem*

Virtute doctrinaq; Juvenem

DN. HENRICUM Hörn/

Regiom. Boruſſum Convictorem per  
triennium & ultra jucundif-  
ſimum.

*De*

SCHOLA SACERDOTALI.

publicè Reſponſurum

*Et*

Post pulcherrimum illud ſpecimen ad ſuperioris  
Germaniæ Academiæ  
*felicitèr uſurum.*



Ic, ubi principium reſluentis duci-  
mus anni

Et lætum meditatur epos, quo  
magna colantur

Numina, dum premimus varios  
in marmore caſus

Hæremusq; urnæ taciti ignariq;  
futuræ

Quod

Quid Balsis vel dulce ferat vel triste minetur  
Varniacis exire paras Lunisq; Rosisq;  
Egregium virtutis iter! Laus indole mentis  
Innotuisse viris, motuq; imitarier astra.  
Sed splendore, magis. Laus est, uberrima dona  
Divitiasq; animi pulchro sudore parare  
Hæc tua laus HÖRNI est: taceat gens indiga laudum  
Et virtutis inops! Studii tibi maxima cura  
QVAM fuerit, Roscis jam dudum constat Athenis  
Constabitq; magis. Jam summus in arce Sacerdos  
Atque aris gens sacra vocat: conscende Theatrum  
Teq; Sacerdotem nobis patriæq; probato!  
Sic plausus palmasq; feres! non ultima, crede  
Laus est Cornipedum cæsis reperire sub extis  
Depositum cæli: laus magnum in pectore sancto  
Excussisse DEUM, fulgentes Numine gemmas.  
Et laminæ, mitræq; decus, succosq; potentes.  
Magnum materies, HORNI, dabit ista valorem.  
Ede Sacerdotis specimen reverenter ad aram!  
Sicq; Tuus semper DOMINO sanctissimus ignis!

AUGUSTUS VARENIUS.

Te

DECADIS II. LEVITICI  
 exhibentis  
 SCHOLAM SACERDOTALEM,  
 LOCUS I.

*Orthotomia 2. Partis Levitici.*

*Concl. 1.*

**F**uit pars 1. de REBUS, scil. Sacrificiis, & in illâ adeò Schola Sacrificialis; sequitur nunc à cap. 8 pars 2. de PERSONIS, iisq; vel 1. publicis, Sacerdotibus à cap. 8. ad cap. 11. vel 2. privatis, sanctificandis à cap. 11. ad cap. 16.

*Concl. 2. De Sacerdotibus distinctè agitur triplici respectu* (1) consecrationis, quatenus solemnibus ceremoniis consecrantur & instituuntur cap. 8. (2) administrationis, quatenus muneris sacerdotalis partes primò omnium exequuntur cap. 9. (3) lapsus s. quatenus in primi illius diei sacro omnes Sacerdotes diversimodè lapsi, partim severè puniuntur, partim à Mose corriguntur cap. 10. Atque de his in Decade præsentis, sub titulo Scholæ Sacerdotalis. Absolvitur hæc tribus *Primis*. Scil. dantur in illâ *Prima* consecrati Sacerdotalis ordinis Ahronici solemnia (cap. 8.) *Prima* jam consecratorum specimina (cap. 9.) *Prima* Sacerdotum sacrificantium errata (cap. 10.) de quibus ordine nunc agendum.

LOCUS II.

*Consecrationis APPARATUS.*

*Ex cap. 8. v. 1. ad 6.*

*Concl. 1. Ad prima consecrationis referimus 1. Apparatum (à v. 1. ad 6.) 2. Actum ipsum formalem (à v. 6. ad 33.) 3. Clausulam circumstantialiæ (à v. 33. ad fin. cap. 8.) Nunc de Apparatu. Ad hunc referimus 1. segregationem Ahronis & Ahronidarum velut Candidatorum Sacerdotli. 2. Eorundem præsentationem in atrio ad portam S. (consecratio quippe fieri debebat in loco S.) 3. adductionem rerum ad ceremonias consecrationis necessariorum sc. 1. vestium, 2. olei sacri, 3. pecorum (quippe consecratio fieri debebat r.*

E



bat: 1. per investituram. 2. per unctionem. 3. per sacificationem & sanguinis sacrificialis asperisionem. 4. Indictionem Comitiorum totius Israelis, vel SENATUS convocandi ad hoc solemne publicū 5. legitimacionem actus instantis, quoad JUS, seu autoritatem tum *Mosis* ex delegatione cœlesti speciali consecratis, tum *Ahronis & Ahronidarum* (ut constet deinceps contra criminationum pericula, horum *divina*, imò, non obstante *Mosis ministerio*, *immediatè* vocatio) per orationunculam præliminarem: *Hæc est res, quam præcepit JHOVAH facere.* (Conf. cap. 8. v. 6.) *Præceptum* scil. in Exodo cap. 28. & 29. ad quam præscriptionem Exodicam hic provocat in apparatu (cap. 8. à v. 1. ad 7.) 6. Lotionem futurorum Sacerdotum solemnem (v. 6.)

Concl. 2. *Quæritur*. An *Moses* Sacerdos? Resp. 1. Fuit יְהוֹשֻׁעַ secundum excellentiam, ipso etiam *Ahron* excellentior, imò etiam hic *Deus*: *Ahronis* Exod. 4. 16. Resp. 2. *Expressè* Psalm. 99. 6. *Moses & Ahron inter Sacerdotes ejus* (Bene ibi *Lutherus*: male autem *Junius*, qui videantur.) Resp. 3. Fuit Sacerdos, imò Sacerdos Sacerdotum, in extraordinario hoc sacerdotali exercitio (unde & sacrificaturus, seipsum lavit ex labro aneo, ipse jugulavit, sanguinem sparsit, super aram adolevit, & portionem sacerdotalè sibi vendicavit vid. Exod. 40. 27. 29. 31. & Lev. 8.) etsi non in ordinatio sacerdotali officio, quod erat *Ahronis & Ahronidarum*: unde post hos consecratos non quidem desit *Moses* esse יְהוֹשֻׁעַ: desit tamen Sacerdos esse seu sacrificare. Quod ergo *Josephus* scribit: *Mosen sibi ipsi S. Sacerdotium* Ἰωσήφ. τὸ πρῶτον πρὸς τὸν Μωϋσῆν ὡς Φιλαύτου, & quod sibi laborum pro gente *Israheliticâ* sit conscius, operavisse, Oratori *Mosi* non convenit: Melius illud *Philonis* cui *Moses* ὁ τέλει: *Ahron* ὁ ἐπισημῶν.

Concl. 3. *Quæritur*. An interfuerint illi solemnitati *Israeliticæ*, quoad universum populum, an saltem quoad Senatum s. Capita vel seniores tribuum בְּכֹרֵי הַטִּיבִּים וְהַשְּׂבָטִים וְהַזְּבָטִים? Resp. aff. 1. Vocatio non est solius *Presbyterij* vel *Senatus* representantis: sed *Populi*, ita tamen ut interfuerint omnes tribuum *Principes*, etsi non singuli de populo: conf. *Levit.* cap. 8. v. 3. 4. 5. Eadem ratio solemnæ primæ sacificationis, cui non solum interfue-

perfuerunt **כְּרִי שְׂרָרִי** seu *Presbyteri Israelis*: sed & **כְּרִי שְׂרָרִי** id est, *Universus cœvus*, vid. cap. 9, 1. 5. Neque Ahron in illo sole-  
mni benedixit solis Presbyteris, velut *Ecclesia formali abstractiva*,  
representanti: sed toti populo, ipsiq; adeo *Ecclesia materiali*, vid.  
cap. 9, 22. 23. Benè Josephus: *Moses ἑκαστὸν αὐτῶν ἐκκλησίαν*  
*ἠγάθησεν.*

Concl. 4. Qvar. 3. Qvæ ratio ceremoniæ Lotionis? Resp.  
1. Notetur illud **וַיִּקְרַב** v. 6. id est, (Moses) fecit (Ahronem) acce-  
dere. Non scil. currit Ahron *ad labrum aneum*, prout nec antea ad  
atrium sacerdotum festinat: sed utrobiq; vocationem specialem  
exspectat, etsi post hanc non fuit *ἀπειθήσῃ τῇ συνέσει κλήσῃ*. Sic  
cap. 9. non accedit ad altare nisi iussus, v. 7. Prout ergo ad *atrium*  
non venit nisi vocatus seu iussus: ita nec nunc ad *labrum*. Pulchrè  
modum adductionis explicat Raschi ad illud **קָחֵנוּ בְּרַכְרִים** v. 2. **קָחֵנוּ**  
**וּמִשְׁכָּהוּ** id est, *Adduc illum blandis verbis, & attrabe illum*. 2. qvo-  
modo Moses Ahronem adduxit, ita & lavit **וַיִּקְרַב וַיִּלָּוֶה** v. 6. U-  
trumq; scil. fecit Moses **כְּצוּר** seu *mandato*, non **כְּשִׁמּוֹ** id est, *mi-*  
*nisterio*, ac si ipse Sacerdotum manus (pedes) laverit, prout antea  
seipsum: nam & ipse Moses non nisi *lotus* ad hoc sacrum processit.  
Conf. Exod. 30, 20. 21. cap. 40, 32. Ritus autem illum *lavandi*  
*ante sacrum*, ab Hebræis ad gentes transiisse, apud quas & *labra an-*  
*te templum*, & loco illi ante templum, ubi aqua currebat, *delubri*  
Nomen, non obscurum ex *Vitruvio, Servio, Homero, Hesiodo*, cujus  
insigne illud:

*Μηδέποτε ἐξ ἡζὺς Διὶ λάβειν αἰθῶρα οἶνον.  
Χέρσιν ἀνίπτουσιν μὴ δ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν,  
οὐ γὰρ τί γὰ κλύουσιν δροπύμασι δὲ τ' ἄρα.*

Concl. 5. Qvar. 4. Cum Moses per septendium hoc in ex-  
ercitio fuerit sacerdotali, an etiam in vestitu sacerdo-  
tali? Resp. Quia nihil de hoc exprimitur, & nos tacemus. Rabbi-  
ni tamen *in candida, seu veste lineâ albâ sacrum hoc peregisse* scribunt  
**בְּכֵן בְּחֵלֶק לְבָנִים** **כְּרִי שְׂרָרִי** vid. Raschi ad v. 28. De  
Ahronis vestitu Sacerdotali res certa, quia loquitur scriptura. At  
de veste

de veste Moſis tacet Moſes. Pulchrè Joſeph. lib. 3. antiq. Jud. c. 10. Ahronem deſcribit: *οὗτος ἐνδύσθη ἐπιβλήσας τὰς εὐφρονας καὶ τὰς ἐπιβλήσας ἐπιβλήσας ἐξ ἑσθίας καὶ τὰς ἐπιβλήσας ἐξ ἑσθίας καὶ τὰς ἐπιβλήσας ἐξ ἑσθίας καὶ τὰς ἐπιβλήσας ἐξ ἑσθίας*. Quar. 5. An rectè Ratchi h. l. exemplum ponat *הַחֹרֵן בְּמִחוּץ וּמִחוּץ כִּדְרֵי אֶשֶׁת*, id est, quod non Hysteron protection in scripturâ? Resp. Falsum: *Phanſcham* banc antecedere *ſerpendio tabernaculum erectum*. Nullus illi locus in Exodo. Per hoc adeò exemplum malè negatur in Lege *Hysteron proteron*.

### LOCUS III. Actus I. Consecrationis INVESTITURA SACERDOTALIS

*Ex cap. 8. à v. 7. ad 10. & v. 13.*

Concl. 1. Quomodo S. Spiritus distingvat inter vestes *necessarias ad infimi ventris ἀρχήματα tegenda*, seu *כִּסְוֵת בְּשֵׂר עֲרוֹן*, & inter vestes sacerdotales gloriosas, seu *וּלְהַפְאֵרָה לְכַבֹּד* Exod. 28. 2. 40. 42. 43. quomodo *Indiculum* harum designet, tum quoad vestimenta & ornamenta communia scil. 1. *הַכַּתְנֵי*, id est, *tunicâ*. 2. *הַבִּגְדֵי*, id est, *balebeum*: tum quoad propria S. Sacerdoti (in quo prout autoritatis & status: ita quoque vestium debuit esse accumulatio) scil. 1. *הַשְּׂעִיר* seu *pallium*, 2. *הַמִּפְד* seu *Amiculum*, 3. *הַחֹשֶׁן* seu *Pectorale*, 4. *אֶרֶב עֲרֵב* seu *Cidaris*, & super hanc *הַלַּמְנָה* seu *Lamina aurea*, insculpta: *קָרַשׁ לַיהוָה*: quomodo alibi *exultationis & honoris*: hîc *inductionis* observetur ordo, notavimus olim in Decadibus Exodicis 19. & 20. ad quas nunc provocamus, cum & ipse Spiritus S. constanti articulatione hîc in singulis speciebus provocet ad Exodum cap. 28. quod totum caput præsentis loci divinus Commentarius est.

Concl. 2. Quar. 1. *Quæ ratio* *הַמִּפְד* seu *Pilei Pontificialis*, & in Exodo & Levitico postpositi. Resp. 1. quia non vestis corporis: sed ornamentum capitis. 2. *Cidaris* non imponebatur Summo Sacerdoti, nisi jam palliato & pectorali fulgido. Quar. 2. An ex hoc *Vestiariorum sacerdotum* estimanda vestitura *Servatoris* *Κληρωσάντος*  
*ἐν ἡμῖν*?

ἐν ἡμῖν? Resp. Illustratur alicubi inde, non saltē qvoad כַּנְסֵי בָר  
 seu femoralia linea, qvæ etiam JESUM in cruce pendentem, coetera  
 nudum) retinuisse, piè creditur: sed & qvoad כַּתְנֵת seu כַּתְנֵת  
 interiorē, qvem & ἀπὸ φων & δι' ὄλεθ' ὑφ' αὐτῶν, nec lineum adeò: sed  
 laneum in Golgothæis collibus exutum & sine scismate sorti com-  
 missum describit Johannes cap. 19, 24. imò & qvoad חֲמֵשׁוֹת seu pal-  
 lium in miraculis Christi decantatum & nunc singulari, nunc plu-  
 rali ἱερωτικῶν vocabulo expressum (Matth. 9, 20. 21. cap. 14, 36. Joh.  
 c. 13. v. 4. Matth. 27, 28. 31. 35. Joh. 19, 22. 23. 24.) Qvæ. 2. An duplex  
 baltheus in vestitu S. Sacerdotis? Resp. Neg. Ephod continenti  
 cingulâ alligabatur pallio, qvæ non אֲבִנֵי: sed חֲמֵשׁוֹת appel-  
 latur conf. Exod. 28, 8. Lev. 8, 7. Qvæ. 3. An rectè Raschi in h. I.  
 Urim Thummim fuit שֵׁם הַמַּפְרָשׁ, seu Scriptura nominis exposi-  
 ti? Resp. Nominetur prius illud Schembamphorsch, & de illo  
 vid. infra. Qvæ. 4. An valeat argumentum Aben-Esra ad v. 8.  
 כַּמֶּשֶׁר צִיץ הַזָּהָב אֵינוֹ הַמַּצְנֵפֶת כֵּן הַאֲוִירִים וְהַחֲמִים אֵינָם  
 כַּמֶּשֶׁר צִיץ הַזָּהָב וְכֵן הַחֲמֵשׁוֹת וְכֵן הַלְוִיִּים בְּאֶרֶץ  
 id est, Sicut se habuit lamina an-  
 rea ad cidarin, tabula ad arcem: ita Urim & Thummim ad gemmas pectora-  
 lis? Resp. Ex hypothesi: XII. gemmas insculptas nomina Δωδεκα-  
 Φύλα, jam inde ab ipsâ Bezalelis artificii manu palis pectoralis inseparabi-  
 liter infixas fuisse, adeò ut nunquam etiam ante hanc consecrationem sine  
 illis fuerit חֲמֵשׁוֹת seu pectorale, Affirm.

#### LOCUS IV. Actus 2. Consecrationis UNCTIO SOLEMNIS,

Ex cap. 8, 12.

Concl. 1. Facta hæc oleo sacrosancto, de cuius confecturâ vid.  
 Exod. 30. à v. 22. ad 34. Post consecrationem quippe tabernaculi, altaris  
 in primis septies oleo sancto aspersi, altaris holocausti, labri, omniumq; va-  
 sorum sanctuarii per solemnem unctiōnem, vid. Levit. 8, 10. 11. effudit  
 Moles de illo oleo unctiōnis super caput Abironis, & unxit eum ad conse-  
 crandum eum, vid. v. 12. Qvæ. An solus Abiron unctus, an etiam Filij?  
 Resp. aff. 2. Objic. silentium in historiâ tum prescriptionis Exodis à  
 cap. 29. tum executionis Leviticâ, cap. 8. Resp. 1. Supponitur ex

E 3.

Exod.

Exod. 28, 41. cap. 30, 30. c. 40, 15. 2. Iterabilitas unctionis deinceps non erat futura nisi in S. Sacerdote: quippe in sacerdotibus his 4. Ahronidis interpretative inungebantur omnes sacerdotes futuri: unde est quod titulus *Sacerdotis uncti*, sit Sacerdotis Summi. 3. Salvâ veritate actus vid. Exod. 40, 14. unctio S. Sacerdotis erat excellentior & solemnior unctione sacerdotum. In illâ erat & effusio copiosa cum fragrantia potentioris seqvelâ, & *Unctio*, quæ certâ fiebat ceremoniâ, in fronte applicato ductu digiti oleo: cum coeteri pari quidem ceremoniâ inungerentur: sed sine præviâ tali *perfusione*. Prout scil. in situ superiori eminentia fuit S. Sacerdotis quoad *investituram*: ita in præsentî quoad *unctionem*: unde de S. Sacerdote dicitur: quod *super caput ejus Moses oleum illud incomparabile effuderit & illum unxerit*, ריזק רימשח vid. v. 12. de coeteris autem simpliciter quod *unxerit*. Atque ad hanc eminentiam sacerdotis uncti respectus Davidis in Psal. 133, 2. Ita scil. Ahronem totum perfudit, ut *unguentum illud optimum super fustum capiti* (conf. simile Joh. 12, 3.) *descenderit super barbam Ahronis, & usque ad oram vestium ejus*. Benê Raschi: כהחלה ריזק ער ראשו ואחר כן נותן בין ריסי עיניו ומשך באצבעו מזרח לזרח. Pro- ut inter ipsa *altaria*, illud *interius* singulari situ erat inungendum, *asperso septies ad illud oleo sancto*: conf. cap. 8, 11. (etsi tale quid non in præscriptione expressum, ut non malè idem Rabbinus: כהחלה ריזק ער ראשו וירעהו היכן נצטווה כהוארף הללו: ita singularitas & eminentia gradus datur in unguendo S. Sacerdote.

### LOCUS V. Actus consecrationis 3. SACRIFICIUM CONSECRATIONIS,

Ex cap. 8. à v. 14.

Concl. 1. Incipiebat hic actus à *חטאת* seu *sacro* ἁγίασμα (quo deinceps alios peccatores expiaturi, nunc expiabantur, & ab omni reatu ἁμαρτιότητων ἀμαρτημάτων purgati Sacerdotes publicè declarabantur) Continuabatur per *sacrum* עלה seu *holocaustum* (quo seipso: velut *זוהר* זָוָה, cum humilitatè *Maje- statis*

statu DEI agnitione & Nominis divini glorificatione sacerdotes representabant; Absolvebatur autem *sacro 3.* cui inde nomen שַׁמְמֵלֵאִין וּמְשִׁלֵּטִין (manus scil. vel מְשִׁלֵּטִין id est, *Implecionum* (manus scil. vel אֵת הַכֹּהֲנִים בְּכֹהֲנֵת, seu, *consecrationis.*) In 1. pecus fuit פַּר ein *Farre/* juvencus, vid. de illo Exod. 29. à 10. ad 15. Lev. 8, à 14. ad 18. In 2. & 3. Aries, Ein *Widder zum Brandopfer/* vid. Exod. 29. à 15. ad 19. Lev. 8. ab 18. ad 22. und Ein *Widder zum Süllopfers/* vid. Exod. 29. à v. 19. ad 36. Levit. 8. à v. 22. ad 33.

Concl. 2. *Qvar. 1.* An unum idemq; altare in Levit. 8, 15. 2. Resp. Neg. In m. 1. intelligendum altare *Thymiamatis*: In m. 2. altare *holocausti.* Probatum ex Scholâ sacrificii. vid. Decad. 1. Loc. 8. Concl. 6. *Qvarit. 2.* An sanguis hujus juvenis ex parte illatus fuerit in sanctum? Resp. aff. Probatum 1. ex analogiâ Scholâ Sacrificialis, quæ prout hic datur quoad adipum renuntq; adolitionem & pecudie extra castra combustionem: ita quoque danda quoad sanguinis applicationem, conf. Dec. 1. & Lev. 4, 7-8. Probatum 2. ex regulâ Schol. Sacrif. palindromo: *Cujuscumq;* חַנּוּטִין sanguis inferitur in S. illud est extra castra cremandum, & contra: חַנּוּטִין ita cremandum, est quâ sanguinem in S. inferendum, Lev. 6. ult. Obji. Talis illatio sanguinis hic non memoratur. Resp. 1. Supponitur ex Regulâ sup. & Scholâ Sacrif. Resp. 2. Imò memoratur v. 15. m. 1. Si enim sanguis applicandus ad altare *Thymiamatis*, omninò quoque inferendus in sanctum. Eravit adeò Aben Esra: hunc חַנּוּטִין פַּר seu juvenem ponens pro exemplo sacri ועל אפיסוס combustum extra castra sine præviâ illatione sanguinis in Sanctum. Probatum 3. prout holocaustum præfens examinandum est rituali holocausti Levit. 1. ita & חַנּוּטִין seu sacrum pro peccato S. Sacerd. ex Lev. 4.

Concl. 3. Singulares autem ceremoniæ erant in *sacro 3.* quod formalitèr erat CONSECRATIONIS. Igitur 1. Sanguinis illius particula applicanda erat tribus membris dualibus consecrandorum, auricule, manui, pedi, iisdemq; non nisi dextris, & in 1. על רום אדמנה Lutherus noster: Auf den Knöpfel des rechten Ohrs/ in 2. & 3. dextro pollici manus & pedis. 2. Præter superiorem unctionem, nunc omnes, Abnon aquæ ac Abnonida in & cum ipsis vestibus sanguine & oleo aspergebantur.

## LIBER VAIKRA

40

bantur, atque ita per hunc *קמח וסוף*, sanctificati & consecrati affi-  
 mabantur, vid. Exod. 29, 21. Lev. 8, 30. Consequens erat i. *tricho-*  
*zomia pecoris*, (abstractis scil. adipe & partibus ex adipe cremandis  
 ex lege universali Lev. 3, 17. c. 7, 12. 15.) in pectus, armum dextrum,  
 & residuum carniuum. 2. Ritus *תרומה & תנופה*, seu *agitatio so-*  
*lemnis & partium cremandarum de pecore & canistro azymorum*,  
 & illius inprimis armi dextri, qui tamen, etsi conjunctus cum adi-  
 patis in agitatione, non fuit necessario conjunctus cum illis in a-  
 dolitione. Cessit autem Mosi, velut in hoc actu sacerdoti Promo-  
 tori, solum pectusculum, conf. cap. 8, 25. 28. 29. c. 9, 19. 20. 21. c. 10.  
 v. 14. 3. Epulum sacrum de residuo & carniuum & azymorum ador-  
 nandum ad portam sacram, cum conditione, ne quicquam reseruetur  
 in crastinum, vid. Levit. 8. à v. 25. ad 33. Tribuitur autem illa co-  
 ditio Mosi *בצווי*, seu ut jubenti: Ahroni *בפעצמו* f. ut exequenti v. 31.  
 & Exod. 29, 31.

Concl. 4. Qværit. 1. An *שוק הימין* f. *armus dexter* fuerit in  
 hoc sacro *cremandus*? Resp. Ita quidem apparet ex nexu v. 25. 27.  
 & universali *כר* v. 27. & 28. conf. tamen Exod. 29, 27. 28. & ana-  
 logia *Eucharisticorum* Lev. cap. 9, v. 19. 20. cap. 10, 14. Singularia  
 in hoc sacro rectè notata à Raschio: *שוק הימין* קטורה בשוק: *ל*  
*כר* מן ומין *ל* מצונו תרומת לחם הכנת עם בלבר  
 cremata *ל* מן ומין *ל* מצונו תרומת לחם הכנת עם בלבר  
 si non cessisse nisi חזרה seu pectus. Benè iterum Jarchi: *ל*  
 חזרה למשה *ל* חזרה בלבר. Aben-Esra quoque ita ne-  
 gat armum crematum, ut tamen non concedat illum Mosi ad, ac *pectu-*  
*sculam*: *ל* הצר הימין והחזרה נלקחו מאיל המלואים  
 והשוק והחזרה יהיו מחוים נותנים לאהרון ולבניו בשלמים  
 רק החזרה מאיל המלואים משה לברו יאכלנו כי הוה  
 כהן הכהנים: Notetur v. 31. Chald. Græcus. Luth. legerunt,  
 ac si esset *צווי* passivum: cum sit *צווי* activum.  
 Concl. 5. Qv. 2. An epulo illi sacro interfuerit quoque Mo-  
 es? Respond. N. Exod. 29, 33.

LO.

41

PHARASCHA ZAV.  
LOCUS VI.  
CLAUSULA LEGALIS,

*Ex cap. 8. v. 33. ad finem.*

Concl. 1. Absolvitur hæc circumstantiâ temporis, quæ fuit duratio per septendium Levit. 8, 33. שכעת ימים ומלך את ירכם. id est, Septendium implebit manum vestram. Per integrum ergo septendium subsistendum erat sacerdotibus novellis solâ sacerdotali indutis in portâ sacrâ, & missis aliis occupationibus suâ consecrationi vacandâ idq; sub penâ mortis. Additur sigillum divinum כן כי כן id est, nam sic jussus sum, vid. v. 33. & 35. Qvar. 1. quæ ratio positis כשר לותר. Resp. 1. Impersonaliter. Bene Lutherus: Wie es an diesem Tage geschehen ist. 2. Subjectum, quod implicatur, ex naturâ materiæ explicandum. 3. Idque non solus Moses: sed, & hic, & Abron, & Abronida, qui circa hoc factum singuli fuerunt occupati: vid. supra. Qvar. 2. An præceptum illud de faciendo extendatur ad totum septendium? Resp. Aff. Ratio 1. de die i. jam constabat. 2. Ponitur hoc præceptum in Lege septendii. 3. Non dicitur שבעת ימים: sed כשר לותר. 4. ביום הזה. Dies scil. 1. ponitur regula sequentibus sex diebus agendorum. 5. Conf. Exod. 29, 35-36. ubi egregiè vim vocis לותר Lutherus: täglich / ut idem sit quod לותר ליום מן ימי המלוכה: singulis scil. diebus illius solemnis septidui, sacrificatio iteranda, juvenis peccati-mactandus, & 2. arietes, quod rectè quidem Aben-Esra affirmat: sed minus accurate probat ex illo הכפורים על Exod. 29, 36. Rectius Raschi id intellexit finalitèr, (ut sit idè quod הכפורים בשביל הכפורים, (ut sit idè quod הכפורים בשביל הכפורים) quàm ille, objektivè materialitèr de 2. arietibus. Et ipse Aben-Esra Lev. 8, 34. הכפורים seu, expiationes illas refert ad juvenem peccati, & illud על הכפורים reddit per הכפורים i. e. propter expiationes. Rectius ad eò ex Exod. 29, 35 & v. 37. & Levit. 8, 34. probatur. Bene Raschi ad locum 1. addit: בענין הזה ובקרבנות הללו בכר לותר. Idem notavit ex his locis septendium segregatio nis Sum. Sacerdotis ante diem expiationis,



rationis: כחן גדור מעון פרישה קודם יום הכפורים / ימים וכן :  
 הכחן השרף את הפרה :

Concl. 2. Qvæ. 2. Qvomodo non exeundum fuerit per septendium? Resp. 1. Interdictū tam fuit nocturnum qvām diurnum vid. v. 35. Et qvōd concessum noctu, etiam interdiu. 2. Neq; tamen adeo absolutum, ut nec licuerit exire הצורך בשעת ad regendū pedes: sed, qvōd aliās ne quidē in castris bellicis permittitur, in castris divinitatis impunē fuerit commissum, prout rectē magnū suū sapiens hīc notat Aben-Esra מועד וזו רחוק אמרני חפרו כחהר מועד וזו רחוק אמרני חפרו כחהר Vid. ratio legis de Bellatore cum rutabulo, qvæ longē magis militat in hāc militia sacerdotis, conf. Deut. 23, 12, 13. & Lev. 10, 7. cap. 21. v. 21, 10. Atqve ita se habuerunt PRIMA consecrationis sacerdotalis solemnitas. Seqvuntur nunc, post illud septendium, ipso die OCTAVO.

## LOCUS VII.

Prima Sacerdotum jam consecratorum & promotorum specimina.

Ex toto capite 9. Levitici.

Concl. 1. Horum describitur 1. Apparatus (à v. 1. ad 8.) 2. Executio (à v. 8. ad 23.) 3. divina approbatio (à v. 23. ad finem) qvæ totius capitis orthotomia est.

SECTIUNCULA I.  
APPARATUS.

Concl. 2. Ad hunc pertinet 1. circumstantia temporis, scilicet dies השמיני, id est, octavus, unde toti Pharaſchæ nomen. Fuit adeo ille anni 2. Exodici mensis primi Exod. 40, 17. Num. 1, 1. etsi non octavus mensis primi: sed octavus respectu consecrationis septendii. Per septem dies Moſes sacerdos: nunc, seu à die 8. advocat consecratos plene septendio superiori Sacerdotes, in ipso Ahron, & pari solemnitate jubet hos edere prima specimina sacerdotalia. Pertinet 2. solemnitas indictionis. Advocantur ad hanc solemnitatem sacerdotalem omnes seniores Israelis, (v. 1.) 3. Prescriptio sacrificialis, cum pro sacerdotibus (ubi juvenis in peccatū, & aries in holocaustum)

*stum* v. 2.) Tum *pro populo*, ubi præter incruentum, triplex im-  
 ratur *sacrum, cruentum* (1. *pro peccato*. Hircus caprarum, 2. *holocaustum*  
 vitulus & agnus anniculus. 3. *Eucharisticum*, in quo bos & aries.)  
 v. 3. 4. Pertinet 4. solemnis horum præsentatio, & Moſis appro-  
 batio, cum promiſſione apparituræ GLORIÆ וַיִּזְוֶה v. 5. 6. Pertinet  
 5. Mandatum *de ascendendo*, & prima ſolemnia ſacra pro ſe totaq;  
 Univerſitate peragendo v. 7. conf. ad Heb. cap. 5, 3. c. 7, 27. Aben-  
 Eſra addit: לֹא יִכַּל אִדְּם לְכַפֵּר עַל אֲחֵר עַד דִּיתוּ טוֹהוֹר מְכַל חַטָּאת

Concl. 3. Ita ſe habuit APPARATUS. Sequitur nunc EX-  
 ECUTIO quæ abſolvitur 1. actu triplicis ſacrificatiōnis à v. 8. ad 22.  
 2. Actu ſolemnis ſacerdotalis benedictiōnis v. 22.

### SECTIUNCULA II. SACRIFICATIO,

Lev. 9. à v. 8. ad 22.

Concl. 4. Hæ triplici ſacro abſoluta deſcribitur v. 22. ſcil.  
 1. חַטָּאת ſeu pro peccato. 2. עֹלָה id eſt, Holocauſto. 3. שְׁלֵמִים  
 ſeu, Eucharistiis. Holocauſti autem appendix erat Mincha, un-  
 de huic annectitur v. 17 & ſub illo intelligitur v. 22. planè prout  
 v. 17. ſub titulo *matutini holocauſti* continetur quoque *Mincha*, conf.  
 2. Reg. 16, 15. Hujus triplicis ſacri cauſa ad altare Abrahæ aſcendit :  
 illo peracto, ruruſ *deſcendit*, neque tamen *ante* : ſed *poſt benedictio-*  
*nem*. Cumq; & ſacrum pro peccato populi (ſcil. Hircus lactens) eſſet  
 pariritu tractandum, quo (*juvenis ſeu vitulus*) *pro peccato S. Sacer-*  
*dotis, & holocauſti ac Eucharistiæ* ita, prout jubebat Schola ſacrifici-  
 cialis, proinde *in illo* MOSES provocat ad proxime præcedens  
 (וַיִּחַטְּאוּ כָרְאֵשׁוֹן) Benè Lutherus : *Er machete ein Sündopffer dar-*  
*aus/ wieder das vorige/* vid. v. 15 & à v. 8. ad 12. עֲשׂוּהוּ כַמִּשְׁפֵּט הַחַטָּאת  
*in his autem ad הַמִּשְׁפֵּט הַמִּפְרֵשׁ id eſt, JU S illud rituale,*  
 à cap. 1. Lev. ad cap. 8. deſcriptum conf. v. 16. & v. 10. 21. Confe-  
 ratur ergo quoad 1. *utrumque ſacrum pro peccato* Levit. 4. à v. 3. ad 22.  
 & Decas 1. Loc. 8. Concl. 3. 4. Quoad 2. *utrumq; holocauſtum* Levit. 1.  
 ad v. 14. & Decas 1. Loc. 4. quoad 3. *Eucharistica* Lev. 3. & 7. & De-  
 cad. 7. Loc. 1. Add. quoad *Mincham* Levit. 2 & Decad. 1. Loc. 5.

Et notetur: Pro S. Sacerdote, & peccatum v. 8. 9. 10. 11. & holocaustum, v. 12. 13. 14. At pro populo; præter peccatum v. 15. & holocaustum v. 16. etiam Eucharisticum v. 18. 19. 20. 21. præscribitur in Apparatu xq; v. 4. ac loc. alleg. in executione.

Concl. 5. Qvar. 2. An Mincha hæc, ante, an post jugem matutinam? Resp. Aff. 2. Totum hoc sacrum post jugem matutinum: nullum ante. Mincha demum post holocaustum: hoc post sacrum pro peccato. Bene Raschi hoc loco: כַּל הַלֵּה אַחַר עֲוֹת הַתָּמִיד. De matutino Josephus: ἐν τῇ δημοσίῃ ἀναλώματι νόμιμον ἐστὶν ἄρνα καθ' ἡμέραν ἡμέραν ἑφάπτεσθαι τῶν αὐτοῦ τῶν δεξιῶν τε ἡμέρας καὶ λευγῶν, l. 3. Antiq. Idem: Δις τὴν ἡμέραν πρὶν τε ἀναρῶσαι τὴν ἡ. 100 ἔσθαι: δύο μῆτις θυμῶν ἐξελῶ. Qvar. 3. Quid de his cesserit sacerdotibus? Resp. De 1. nihil. De 2. pelles: De 3. & pelles & carnes, & quidem *pectus* ac *armus* dexter sub titulo epuli: cætera carnes sub titulo salarii, vid. Decad. 1. Loc 7. Concl. 5. Unde ratio, quare illorum tantum mentio Lev. 9, 21.

## SECTIUNCULA III.

## BENEDICTIO, Levit. 9, 22.

Concl. 6. Peracto illo Triplici sacro, addidit Ahron stans ad altare, solemnem benedictionem, & post hanc descendit vid. v. 22. Qvar. 1. An in ceremoniâ illius benedictionis fuerit *elevanda* & *expandenda* Sacerdotis manus una, an utraq;? Resp. Affir. poster. In fontibus ידו non legendum ידו: sed ידו Chald. quoque: ידו ידו ידו Qvar. 2. An hæc benedictio constiterit pari formulâ, quâ illa Num. 6, 24. 25. 26. ita ut in illâ expressum distinctumq; memoriale fuerit SS. Trinitatis, sub triplicato יהוה יהוה יהוה? Resp. Aff. unde & ex loco Numerorum, & illo ibidem אמור להם notarunt veteres: Formulam illam non כַּחפֹּזוֹן זְבַח־לֵוִי, s. *festinatâ* & *turbata* elocutione fuisse exprimendâ: sed בְּבִלְבַּל שְׁלֵם וּבְכוֹנָה, bene præparato corde & magnâ cum attentione, voce clarâ sonorâ. Imò in hoc triplicato יהוה posuerunt veteres *Seiemb* & *amphora* scb 12. literarum שֵׁם הַמִּפְרָשׁ שֵׁם הַבְּרָכָה: atque hoc est quod dicunt: Sacerdotes  
benedicent.

Benedixisse per nomen 12. literarum, scil. per ter iteratum יהוה, in quo Nomen Patris, Filii & Spir. S. quas 3. personas sub Titulo SAPIENTIAE, DECORIS, INTELLIGENTIAE s. 1. חכמה. 2. תפארה. 3. בינה intellexisse veteres Hebraeos facile probatur. Notarunt iidem: Sacerdotes, in illa benedictione & manuum elevatione ita digitos composuisse, ut triada exprimerent: protensis scil. ante vultum palmis, & ad 1. יהוה tribus digitis pollice, indice & medio in utraq. manu erectis, iterumq; remissis, enunciaffe, eodemq; modo ad 2. & 3. יהוה. Constat inde quæ ratio כפים נשואות צורה in illa benedictione: Quæ. 2. quæ ratio illius descensus? Resp. Altare habens altitudinem 3. cubitorum (Exod. 27, 1.) nec admittebat nisi ascendentem: nec dimittebat nisi descendentem. Nec enim sacerdotes erant adeo minaci Giganteoq; statu. Ascendendum autem erat per acclive, non per gradus Exod. 20, ult. Omnium adeo oculis & auribus exposita erant hæc solemnia, quæ peragebantur ad altare.

## SECTIUNCULA IV.

Divina approbatio, cujus signum

IGNIS, c. 9, 23. 24.

Concl. r. Sequitur 3. divina approbatio: in quâ notetur v. antecedens: Ingressus Moysi & Ahronis in tentorium conventus, & egressus ad dimittendam cum benedictione populum. 2. Ipsa approbatio signata miraculo: Apparuit gloria DOMINI toti populo, & quidem ita, ut exiens ignis à conspectu יהוה consumserit in altari holocausti adipem (sacrificiorum pro peccato, Eucharisticorum item) universasq; holocaustorum (Ahronis, populi) carnes. 3. Insequens sonora & religiosa populi acclamatio vid. v. 23. 24. Quæritur 1. An eadem benedictio v. 22. 23. Resp. Neg. vid. sup. Quæ. 2. Quæ ratio illius ingressus in tentorium? Resp. Hebræi dant rationes 1. לרמז על, לרמז חקטרה מעשהו id est, ut Ahronem de reliquo ministerio ad altare Thymiamatis magis informaret. 2. לבקש רחמים שיררה שכינה id est, ut supplices poscerent presentiam gloriae divinae pro I-

*fraele: vel התפלג על האש שהצא* id est, *ad supplicandum pro igne caelesti impetrando*, unde & dum suae exauditionis securi lætiq; egressi novissimè benedicunt Israeli, *ecce ignis procedens à conspectu Jhovabitruit, & absumpit sacrificia.* Qv. 3. *An ignis ille fuerit caelestis, & qui tunc apparuerit velut prolapsus de caelo?* Resp. Affirm. Neg. 2. *Alia ratio positus: אש יצאה מלפני יהוה* vid. hoc loco & Num. 10, 2. *alia illius: האש ירדה מהשמים* qvomodo in dedicatione templi 1. & disputatione Eliaz cum Baalitis 2. Chron. 7, 1. 1. Reg. 18, 38. conf. qvovqve Joseph. lib. 3. antiq. Jud. pag. 89. Atqve hunc ignem duravisse adusqve illum sub Salomone descendentem, hunc autem adusqve tempora Manassis, ubi ascenderit ita ut nullus superfuerit sub templo II. sententia celebriorum Hebræorum est, ita tamen ut non desint qui contrarium statuunt scil. *reservatum à posterioribus Prophetis superfuisse sub templo II.* pro quo etiam facit liber 2. Maccabæorum cap. 1, 18. 19. 20. 21. Estq; magis credibile, *superfuisse adusq; JESUM mortuum in cruce* (qvo circiter tempore magnâ factorum Leviticorum immutationem contigisse testantur ipsi antiquiores Judæorum Magistri) etsi אש אב-תקומתו aliquando assumimus hypothesin Rabbiorum de חסרון ככית השני seu defectu 5. rerum in templo II. quas inter האש העליונה seu ignis ille supernas.

## LOCUS IIX.

Prima Novellorum sacerdotum errata  
& quidem 1. duorum seniorum,

*Ex cap. 10. à v. 1. ad 12.*

Concl. 1. *Illum ipsum diem octavum primo sacro solemnem (vid v. 19.) errata duorum primariorum Ahronidarum fecerunt lamentabilem, imò superstitibus qvovqve Filiis & ipsi Ahroni perturbato criminalem.* Atqve ita *primis sacrificiationis* immediate succedunt *prima errata, eademq; vel 1. seniorum Ahronidarum (qvorum delictum v. 1. supplicium v. 2. Eventus à v. 3. ad v. 12.) vel Juniorum à v. 12. adusqve ad finem cap. Nunc de errato Seniorum.*

*Sectionum.*

PHARASCHA HASCHMINI.  
Sectiuncula 1. DELICTUM.

47

Concl. 2. Hoc fuit ignis alienus sacris illatus cum intentione invadendi vel ipsum S. Sanctorum & nubem suffitus facienda intra velum, nisi temere ac irreverentèr invasuros in ipsa portà exanimasset ignis conf. cap. 10, 1. 2. c. 16, 1. 2. 12 13. ad Hebr. cap. 9, 3. 6. Nugamentum est, quod de Martyrio horum sacerdotum שיתקדש הכיור מן מקום ש בו כמורעו ש & inde excellentiâ horum pra Mose & Abroha habet in h. l. Jarchi.

Conci. 3. Qvæ. 1. An illud ויקריבו in v. 1. absolvatur solâ intentione, an præter illam, actu? Respond. Affirm. 2. probatur ex ׀ non ׀ & ex sequelâ antecedentia prædicatorum. Qværit. 2. qvæ ratio accentuationis: אשר לא צוה אתם? Resp. Notatur emphatica negatio: scilicet fecerunt quod יהוה NEQVAQVAM præceperat eis. Notavit Merca duplex antecente Darga h. l. Masora יד במעם דרגא ובשרי מרכור.

Sectiuncula 2. SUPPLICIUM.

Concl. 4. Hoc fuit שרפת נשמה seu combustio animæ. pro- ut Hebræi appellant, quâ integri vestibus sacerdotalibus & corporibus intus ad mortem usque sunt exusti & exanimati. Notetur ex fontibus 1. Sacerdotum ingressus & huic oppositus ignis egressus. 2. Igni profano inferendo occurrit potentior ignis à Domino. 3. Illorum consilium: cum igne illo comparere לפני יהוה: opponitur huic ignis egressus לפני יהוה, qui ex illâ columnâ nubis & ignis vel ex S. Sanctorum derепente processit, & profanos invasores in ipso aditu extinxit, simili ferè modo, quo fulgetro aliquando exanimantur, quo- rum nec vestes, nec corpora laxa. Ortum inde supplicium Hebræorum, quo fervens plumbum infundunt in os damnati, ut sic intus ustus pereat. Conferatur Joseph lib. 3. antiq. Jud. cap. 9.

Sectiuncula 3. EVENTUS.

Concl. 5. Ad hunc pertinet 1. Sanctificatio & glorificatio Dei, qui, dum non parcit propinquis suis, seu propioris & sanctioris admissionis Sacerdotibus: sed in hos publicè peccantes judicia tremenda exercet, coram toto populo ostendit se Deum for- sem zelo.

tem zelotam, & ita in propinquis suis sanctificatur, & in conspectu  
 Israelis glorificatur. Atque ad hoc consilium voluntatis divinæ  
 consequentis sibi à Fratrem intimatum concicuit Abron, vid. v. 3. Ad  
 illum pertinet 2. Cum sepulcralis, commissa patruelibus, etsi nec sacer-  
 dotibus, nec ministerio: sed solâ tribu tunc Levitis, Uzielis, Ahroni  
 Mosisq; patru (אחאכחח) Filiis, quibus impositum à Mose illud  
 triste ministerium, ut פני הקרש efferrent, ut extra castra de-  
 portarent, ibidemq; sepelirent: quod & factum vid. v. 4. & 5. Appa-  
 ret inde, quod consilium memoratæ Exod. 6, 18. horum Uzielida-  
 rum Genealogiæ, sine quâ locus præsens constare non poterat.

Concl. 6. Ad Eventû pertinet 3. Interdictum planctus, permis-  
 siquidem Universitati populi, ipsisq; patruelibus efferentibus: ac  
 nequaquam Abroni & 2. Filiis sacerdotibus, quibus sub signis nudandi  
 capitis, sciendæ vestium, penitus interdictum, imò qui nec inter-  
 esse debebant funeri, nec exire à portâ tentorii conventus sub penâ  
 mortis, v. 6. 7. Qvarit. 1. An v. 6. interdicitur caput nudatio per  
 remotam tiamam, an tectio per comam, ita ut interdicitur promittere  
 comam, præcipitur autem nudare, seu non promittere? Resp. Aff. 1.  
 N. 2. Ratio (1) in פרוע significatio privativa nudandi: non positiva  
 regendi, (2) inprimis cum additur פרוע. (3) In exploratione adulteræ  
 פרוע פרוע non est caput tectum sive capillitio sive caputio: sed nudum  
 Num. 5. 18. (4) Eadem ratio in capite Leprosi פרוע Levit. 13, 45. E.  
 & hîc & Levit. 21, 10. (5) Coniungitur cum interdicto sciendæ  
 vestium vid. cap. 10. v. 6. cap. 13. v. 45. cap. 21. v. 10. Parallela  
 autem magis sunt; vestes non sciendere & caput non nudare, quam vestes  
 non sciendere & caput non tegere. Licet ergo Chaldæus quoque  
 reddiderit de comâ promissâ, scilicet: לנת חרבות פרוע  
 quomodo & Rab. Salom. Jarchi: אנת תגורו פרוע id est, non  
 promittetis comam, adeò ut Aben-Esra in medio utrumq; relinqvat  
 רבים אמרו מכוסה ואחרים אמרו מגורו concludendum tamè:  
 hic interdictum esse, non, capitis regendi: sed nudandi: neque adeò  
 hîc agi de casarie vel comâ, (ac si Sacerdotibus tempore sponsum  
 imperaretur comâ promissâ.) sed de pileo vel tiarâ.

Concl.

## PHARASCHA HASCHMINI.

49

Concl. 7. *Quæ. 2. Quæ ratio & obligatio interdicti plantius?*  
 Resp. 1. v. 7. *Oleum unktionis Domini.* Resp. 2. Prout alias ceremoni-  
 a (Sacerdotalis) cedit ceremoniæ (Sabbaticæ) Matth. 12, 5. & om-  
 nes ceremoniæ dilectioni proximi, vid. ibid. v. 2. 3. & seqq. Ita hæc  
 ipsa, velut quæ pertinet ad tabulam 2. cedit primæ, quomodo si al-  
 terutrum negligendum, vel: *annunciare regnum Dei, vel: sepelire pa-  
 trem mortuum, præstat annunciare, quàm sepelire.* In primis in casu  
 vel necessitatis, vel specialis vocationis, & ubi non desunt alij, qui possunt  
 plangere & sepelire mortuos. Quæ omnia faciunt pro exemplo præ-  
 senti. Accedit, quod non mortui hi essent כמות כבוד  
 (Num. 16, 29.) sed ab ipso DEO Zelotà justè interfecti, nec a deo deslen-  
 di ab illis, qui unâ cum lacrymis simul immiscere poterant ali-  
 quid privati affectus, per quod detereretur de gloriâ Dei, cui in-  
 primis militare debebant Sacerdotes, & in crimine læsæ majestatis  
 divinæ non recognoscere Patrem, Matrem, Fratrem, vid. Deut. 33, 9.  
 Mal. 2, 1. 2. & seqq. Sic Romano Jure non solent lugeri hostes vel  
 perduellionis damnati, ff. de his qui not. inf. & cum sentem circa se  
 spolia sponi quidem, sed hostis, sororem virginem ferro ultus esset Horatius,  
 citare quidem leges nefas: sed abstulit virtus Parricidam & facinus in-  
 tra gloriam fuit. Quæ. 3. An v. 6. detur exemplum negationis re-  
 petendæ ex membr. 1. in m. 2.? Resp. Affirmavit Druſius, confun-  
 dens membrum cum territorio. Sed nec opus hoc loco ullâ ite-  
 ratione. Vid. Vers. Germanica. Nec rectè talis iterationis nega-  
 tivæ ex m. 1. in 2. exemplum ponitur Prov. 30, 3. et si ibi quoque  
 ita reddidit Lutherus.

SECTIUNCULA IV.  
 INTERDICTUM VINI.

Concl. 8. Ad eventum pertinet. 4. *solemne Vini omnisq; po-  
 tus inebriantiæ, seu כבוד יין interdictum, cum clausulâ pœnali mor-  
 tis, & statuti immutabilis, vid. v. 7.* Interdicitur æquè summo ac  
 inferioribus sacerdotibus sive in tabernaculum jam intrantibus, sive intra-  
 turis. Causa interdicti gemina: Una officium discretionis. Sacer-  
 dos scil. debet discernere inter sacrum & profanum, mundum & immun-  
 dum, v. 10. altera, officium informationis: Sacerdos debet docere Fi-

hor



lios Israelis statum divina, v. 11. Ad utrumq; requiritur integrum & constans iudicium Sacerdotis, cui à potu inebriante periculum. Qvæ 1. Qvæ ratio Legis illius hoc loco posita? Resp. Quia illi Sacerdotes seniores peccaverant non discernendo inter sacrum & profanum, proinde discretio illa hîc tantò vehementius imperatur, adeò ut evitare jubeantur, qvæ poterant quocunq; modo turbare iudicium discretionis, & inducere ad irreverentè & temerariam factorum tractationem: ne pari discretionis negligentia par sibi supplicium accersant. Addunt Rabbini: duos illos Seniores Abronis Filios illo die solemnè liberalius vinum bibisse & inde prolapsos in peccatum illud, cujus causa hîc sacerdotibus interdicitur vinum: שתי יין נכנסו למקדש הרע שאמר מרתתן הוחרם הנוחרים שלא יכנסו שתי יין. Potuit ita esse, etsi de facto non satis constat.

Concl. 9. Qværit. 2. An interdictus omnis usus vini etiam modicus, ita ut planè non licuerit *oino molèiv*? an saltem abusus, ita ut non licuerit intraturis *oino capèiv καφαλιω*; & hoc sensu non intrare *oino πόσιαι*? Resp. Aff. 1. Interdictum abusus jam antea constabat, nec Sacerdotes intraturos: sed & ante ingressum & post egressum obligabat, imò non solos sacerdotes: sed & alios omnes. Etiam modicum vini aliquando & apud quosdam obstaculum esse potest discretionis, ut non sanctè satis & reverentèr exerceatur: & cum non eadem quantitas omnes æqualitèr inebriet, poterat hic amplissima pandi porta œnopoliî sacerdotibus robustioris stomachi: sed & fieri poterat, ut qui paulò antea dum sedebat, sibi videbatur pulchrè sobrius, in sacro compareat ebrius, ad discernendū ineptissimus. Neque V. C. Modicus vini usus concessus est privatis, imò & Regibus (non obstante Prov 31, 4) E. & operaturis in sancto sacerdotibus. Invertatur potius, E. propter spectale hoc interdictum, & gravius, si in discretionè errarent, periculum, non permissus sacerdotibus, quibus, & benè multa alia interdicta, qvæ privatis permittuntur, & à quibus requisita major vitæ sanctimonia. Benè Joseph: lib. 3. Antiquit. *Τὸν ἱερέων καὶ διακόνων πλεὺ ἀγείων* obligavisse, eisdemq; præscriptam dietam irreprensibilem. Idem cap. 10. lib. 3.

PHARASCHA HASCHMINI.

VI

ἡ τῶν ἱεργικῶν ἐσθλῶν Φορῶντες ἄνωμοί τε εἰσι καὶ τῶν πάντων κα-  
θαροῖ καὶ νηφάλιοι, πίνειν οἶνον, ἕως ἧ' ἔσθλῶν ἔχουσι κεκωλυμένοι.  
Juxta Josephum ergo Sacerdotibus nunquam vinum bibendum  
fuerit, in *st. lā sacerdotali*: atque adeo non saltem interdictum, οἶνον  
παραπάν πίνειν ἐν τῷ ἱεργῷ, prout Hecataeus de Sacerd. Judaeorum.

LOCUS IX.

Errata Sacerdotum Juniorum.

Ex Levit. 10. à v. 11. ad fin.

Concl. 1. Horum *occafio* describitur à v. 12. ad 16. *Ipsa substantia* *ermi*, v. 16. *Eventus* à v. 16. ad finem usque capitis.

Concl. 2. *Occafio* fuit inquisitio Moſis, qui videns Primarios duos Ahronidas jam lapsos, cæteros turbatos, antevortit inquisitione, & Agendorum circa reliquias sacrificiorum superiorum, comunionem, & quidem 1. quoad Mincham v. 12. 13. 2. quoad Eucharistica v. 14. 15. Cumq; hic observasset rem integram, contentus fuit iteratione legum scil. ut Mincha non comederetur nisi in loco S. & à Sacerdotibus; portiones autem salarii ex Eucharisticis, etiam extra sacrum, modò in loco mundo, imò & à fœminis. conf. cum his Dec. 1. Loc. 5. Concl. 10. pag. 18. & Loc. 7. Concl. 5.

Concl. 3. Dum continuat inquisitionem, accuratè perquirendo Hircum peccati velut epulo sacerdotali coram DOMINO destinatum, audit esse jam exustum v. 16. הנה שרף. Atque hæc exustio hirci manducabilis & manducandi *substantia est ermi*. Notetur duplicatum *inquisitionis* vocabulum ררש ררש, & in illo Centrum legis. Notante hic Masorâ: חצי התורה בתיבורי ררש מכה וררש מכאן.

Concl. 4. *Eventus* 1. fuit *effervesces* in 2. illos Juniores Ahronidas in Moſis, v. 16. quæ legitimatur per syllogismum, cujus medi-  
dius terminus ex Scholâ sacrificiali superiori hic assumitur, atque  
adeo *Eventus* 2. est *syllogismus sacrificialis* entymematicus, v. 17. 18.  
Talis: Hirci hujus sacri pro peccato sanguis non est illatus in sanctum in-  
trinfecus. E. caro ejus fuit in ipso epulo sacerdotali comedenda: nequa-  
quam autem comburenda: Antecedens v. 18. consequens vers. 17.  
G. 2 Conf.

## LIBER VAIKRA

SE  
 conf. cap. 6. Levit. v. ult. & Dec. 1. Loc. 8. Concl. 7. *Eventus 3.  
 Apologia Abronis in formâ quæstionis proposita, an היום seu ille ipse  
 dies sacrificiâli solemnitate, casu 2. Filiorum; non sine suâ velut Episcopi  
 & S. Sacerdotis in illâ פסחא negligentioris culpâ, factus criminalis  
 & funeralis; an, inquam, היום seu ille ipse dies sibi & superstitionibus Filiis  
 possit esse conviviali absumendo sacra pro peccato privatorum offerentium?  
 v. 19. Quæstioni huic in præsens nihil respondit Moyses; ad usq; spe-  
 ciale responsum Dei admittens; nec reprehendens, quod audiverat,  
 non temerè: sed sub pietatis prætextu commissum autoritate Ah-  
 ronis, à 2. junioribus Filiis, v. 20. ויטב כעניניו.*

Concl. 5. *Quæritur 1. An ille Hircus combustus fuerit sacrum  
 Neomenia; ex Lege Num. 28, 15? Resp. Inter Exodum & Numero-  
 rum librum: nulla intercessit Neomenia. Quærit. 2. An Elenchus  
 Mosi alius in v. 17. de hirco malè combusto, alius in v. 18. & 19. de Hirco  
 extra locum S. malè absumio? Resp. Neg. Hypothesis falsa de 3. bir-  
 cis, ex quibus 2. fuerint manducandi & manducati, iidemq; קרשי  
 קרשי הדרורה: unus pro ratione status rectè combustus, idemq; קרשי  
 קרשי הדרורה: ut ita fingantur sacerdotes non peccasse, nisi Topicâ.*

Concl. 6. *Quærit. 3. An שער החטאת, quem Moyses קרש  
 קרש seu tantâ inquisitione perquisivit cap. 10, 16. fuerit unus idemq;  
 cum illo cap. 9, 15. atq; adeò sacrum pro peccato universitatis? Resp.  
 Neg. utrumq;. Ille in cap. 9. fuit & comburendus, & ante mortes pri-  
 mariorum sacerdotum jam combustus. Hic, demum post mortes, &  
 malè, cum non esset comburendus: sed manducandus v. 17. 18. Illius  
 sanguis illatus in in sanctum: hujus nequaquam vid. v. 18. Ille & ex-  
 pressè dicitur קרש חטאת & velut peccatum pro populo tractatus;  
 quoque est dum combustus extra castra. Hic nec dicitur sacrum pro  
 populo, nec fuit ita tractandus, quia malè combustus; atq; adeò fuit  
 קרש חטאת seu pro peccato alienius tribus Principis. Hircum  
 illum pro peccato populi comburendum & combustum, frustra nunc  
 requisivisset Moyses ad epulum: At reliquias Mincha & Eucharisti-  
 corum perquirere poterat, quod & fecit v. 12. 13. 14. Porro Hircum  
 in hoc sacro Nasbschonis principis tribus Jbuda concedit Raschi: sed  
 malè*

PHARASCHA HASCHMINI.

53

*male triplicat, & Hircum Principi in epulo absumtum, Neomenia autem crematum concludit.* Conf. Aben-Esra & Junius in hoc loco ad v. 17. 19. qui & ipsi non recte censent hoc sacrum. Si excipiat, In indiculo cap. 9. 2. 3. 4. unum saltem memorari שער חטאת seu Hircum pro peccato. Resp. Indiculus ille tantum est Collegij (Sacerdotalis) & Universitatis, per quem non praescribitur privatis. Potuerunt e. Principum unus vel alter *supererogare*, in primis post miraculum ignis caelestis cap. 9. v. ult. Expresse Josephus dicit quod *obzulerint Israelitae, ἀμιλλώμενοι ἀλλήλοις καὶ τῷ εὐεβελῶν Φεῶ- κωλέμενοι*, lib. 3. Antiq.

Concl. 7. Qvar. 4. An valeat conseq. ex v. 17. *Caro hujus sacri fuit comedenda a sacerdotibus* עון העדרו לשאר אתו. E. fuit חטאת העדרו. Resp. Consequentia est contra praxim Scholae sacrificialis. Qvar. 5. An prout regula sacrificialis Levit. 6. v. ult. expressa est *affirmative*, ita eadem *valeat negative*, scil. *Non inferetur sanguis.* E. *Pecus non comburendum: sed manducandum.*? Affirm. Ratio 1. Levit. cap. 10. v. 18. Ratio 2. ex inductione 4. classium Levit. cap. 4. Ratio 3. Argumentum Apostoli Hebr. cap. 13. v. 11. & 12. Instantia Rabbini ex Exod. cap. 29. & Levitic. cap. 8. de חטאת פר petit principium: Omnino ille *juvencus*, quam verè *extra castra combustus*, v. 17. tam verè *quoad sanguinem immisit in sanctum.* vid. supra Locis.

Concl. 8. Qvarit. 6. *Quomodo Mosi alloquenti Abironidas responderit Abiron vid. vers 16. & 19.*? Resp. Resolvebatur erratum Filiorum in Summum Sacerdotem velut Episcopum, & consilij illius Autorem, certè approbatorem: Respondebat adeo *pro se & Filio*, idque magis ex *honore Mosi*, prout juxta Rabbinos, *Moses non allocutus ipsum Abironem*, כבורו שר אהרון: כשביר: sed הפך פנו כנגד הבנים וכעס קורות היום. Qvaritur 7. *Quenam illa Lutherus: Es ist mir also gangen, wie du siehest!* Non opus erat *Ahronem* id exprimere & infandum casum *reneware*, qui publice con-

G 3.

Rabat

LIBER VAIKRA

54

stabat. Juxta Junium, qui reculit ad παρὰ τὴν ἡλικίαν Juniorum Sa-  
cerdotum, quæstio Ahronis talis fuerit: An, non comedendo peccans, nō  
peccaturus fuisset, si comedisset? vel, quod idē est, an non comedendo pec-  
cans, non comedendo non peccaverit? Notetur denique i. illud וְאָכַל  
וְשָׂתָה 19. idemq; מִלֵּל, non מִלֵּמ, unde rectius hoc loco pro præte-  
rito puro, quàm in futurum converso concluditur. וְאָכַל וְשָׂתָה  
2. הָּ in וְשָׂתָה singulare à Masora notatum, quod sit הָּ Pata-  
chatum, idemq; non הָּ הָּ הָּ, seu, הָּ articulus vel pronom. rela-  
tivum: quippe quod nunquam ante tempus futurum: sed הָּ הָּ הָּ  
seu rectius הָּ הָּ הָּ, i. e. interrogacionis. Sequitur Dages: sed  
in servili, non radicali litera: quâ de re pluscula scripsimus in Com-  
mentario Koheleth Murænul. i. in Jaspide.

LOCUS X.

TESTIMONIUM JOSEPHI

cum Epicristi: Ex libr. 3. antiqvit:

Judaic. pag. 89.

SECTIUNCULA I.

Historia Consecrationis, ex Josepho.

Concl. i. καὶ τὸ αἶμα τῶν ἁγίων, τὸ πνεῦμα τῶν ἁγίων, τὸ πνεῦμα τῶν ἁγίων  
ἁγίων καὶ μύρω ἵνα ἔθῃ γίνονται. Ἐπὶ μὲν ἔν ημερας ἐπὶ τῶν  
τῶν ἁγίων καὶ πᾶς σὺν ἁγίοις ἐθεράπευσε, τὸ πνεῦμα τῶν ἁγίων, καὶ τὸ  
πνεῦμα τῶν ἁγίων ἐκείνη πνεῦμα τῶν ἁγίων καθὼς εἶπον, καὶ τὸ αἶμα  
τῶν ἁγίων καὶ κελῶν ἁγίων καθὼς εἶπον ἡμέρας ἐνὸς καὶ ἁγίων.  
Intelligendus ita, ut præcedat ille ἀφαιρισμός, seu, purificatio per  
aquis fontanas & unguentum, illum βαπτισμὸν, seu, asperzionem per  
sanguinem vidimarum, & oleum vid. Lev. cap. 8. v. 6. 17. 30. Sed &  
notetur

notetur illud  $\tau\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\upsilon\tau\epsilon\sigma\iota\sigma\iota\sigma\iota$ , atque adeò juxta Josephum inunctio & asperio illa rerum ac personarum sacrarum, iteratà fuerit per septendium. Quæstio autem nobilis, an intelligendus Josephus de alternatione pecorum, juveni scilicet & arietis per singulos dies illius hebdomadis? An de conjunctione, ita ut singulis diebus fuerit iteranda mactatio & juveni &  $\alpha\epsilon\lambda\iota\omega\upsilon$ , seu Arietum? Decidendum dubium ex verbis:  $\alpha\epsilon\lambda\iota\omega\upsilon$   $\epsilon\iota\sigma\iota\sigma\iota\sigma\iota$   $\tau\omega$   $\eta\mu\acute{\epsilon}\rho\omega\upsilon$   $\epsilon\upsilon\delta\iota\sigma\iota$   $\kappa\epsilon$   $\chi\epsilon\sigma\iota\sigma\iota$ :

## SECTIUNCULA II.

Historia primæ sacrificatiõis  
ex Josepho.

Concl. 2. Pulchrè Josephus:  $\tau\eta$   $\delta$   $\sigma\upsilon\gamma\delta\eta$   $\kappa\alpha\tau\eta\gamma\gamma\epsilon\lambda\epsilon\upsilon$   $\epsilon\upsilon\sigma\tau\epsilon\lambda\omega$   $\tau\omega$   $\lambda\epsilon\omega$ . Omnino enim dies ille primus sacrificatiõis & sacerdotii Ahronici maxime festus fuit, & talis indictus tributis Israelis comitiis. Quod autem addit, Mosen imperasse  $\text{Juvem}$   $\kappa\epsilon$   $\text{duros}$ , quod & certatim, & ad ambitionem usque  $\text{καρδοκαλειν}$   $\text{Φιλομήδους}$  præstiterint Israelitæ, pro illo facit exemplum Hirci pro peccato Principis, de quo vid. Levit. cap. 10. ut omnino sacrum illius diei non absolvatur speciebus in Levitico cap. 9. præscriptis. De miraculo Ignis celestis, ita Josephus, ut nec visus ignis de celo prolapsus, nec ex sanctuario, vel columnâ nubis & ignis progressus: sed subito ac sponte sua ex impositis aræ holocausti victimis, potenti fulguris, simili fulgore exortus, qui lucidâ vehementiq; flammâ victimas absorpsit:  $\alpha\iota\phi\upsilon\iota\delta\iota\omega\upsilon$   $\epsilon\zeta$   $\alpha\sigma\tau\epsilon\omega\upsilon$   $\pi\upsilon\epsilon$   $\upsilon\eta\phi\theta\eta$   $\alpha\upsilon\tau\iota\mu\alpha\tau\omega\upsilon$   $\kappa\alpha\iota$   $\omicron$   $\mu\iota\omega\upsilon$   $\alpha\sigma\tau\alpha\pi\acute{\eta}\varsigma$   $\lambda\alpha\pi\eta\delta\acute{\omega}\nu\iota$   $\epsilon\epsilon\omega\mu\epsilon\lambda\omega\upsilon$   $\tau\eta$   $\text{Φλογι}$   $\pi\acute{\iota}\nu\tau\alpha$   $\epsilon\iota\delta\alpha\pi\acute{\alpha}\nu\alpha$   $\tau\alpha$   $\sigma\tau\epsilon\lambda\lambda\iota\sigma\iota$   $\kappa\epsilon$   $\beta\omega\mu\iota\sigma\iota$ . Ut ignem adeò hunc egressum à Domino non viderint, nisi in termino, vel sensuali effectu, unde, ad causam facile fuit argumentari: scilicet. E. Specialiter à DOMINO.

*Historia casus Sacerdotalis ex Josepho.*

Concl. 3. Laudat Josephus *Abronis generosam mentem, quã pertulerit illam suæ domus calamitatem* ( Συμφορὰ γενναίως ὑπομένει κατεργασίῳ ) quippe qui fuerit *πρὸς Συμπίπτοντα σέρας, & voluntati Deise submisserit*. Peccatum seniorum Filiorum in eo ponit, quod in *aram intulerint, ἴνα* à Mose non prescripta: sed tales, quales antea solebant *uictimas*, quod de toto illo incenso, ita intelligendum, ut conveniat *historiæ Leviticæ, & ne negetur ante hunc ignem cœlestem, ignis alius sacrificialis*. Pergit Josephus, & illos *primarios Sacerdotes combustos esse dicit*: τὰ πρῶτα ἐπ' αὐτοῖς τὸ ὄρημα βαλόντες καὶ τὰ σέρα καὶ τὰ προσώπα αὐτῶν φλέγειν ἔξεμαρῆς, καὶ ἑλισσάμενός διωαμένους, id est, *flammâ omnem impetum in illos conjiciente & pectora ac vultus eorum depascente, adeo ut extinguere illum nemo potuerit*. Egregiè fontibus convenit, quod habet *πρὸ ὄρητος ignis occurrentis*: quod de *pectoribus ac faciebus combustorum memorat, haut repugnat MOSE*. Nihil obstat, quò minus & *exanimarit, & ex ipsis corporibus, in quibus humidum radicale & τὸ θερμὸν ἐμφορὸν* der repente absumpsit, maculas reliquerit potentior illa *flamma, adeo ut facies & pectora apparerent exusta & atrata*. Quod autem *curam sepulture à MOSE impositam dicit Patri Abroni & Combustorum Fratribus, in illo probandus haut est nisi fortè sensus: MOSEN iussisse AHRONEM, & Filios superstites, ut ex contribulibus proximis adsciscerent, qui possent βασιλεύοντες τὸ ἑσθλά καὶ κημίοντες τὸ παρεμβολῆς ἔξω τοῖσιν μεγαλοπρεπῶς*: ut sic ipsi fecisse dicantur, quod per alios. Illud egregiè Josephus: *quare cum illum ἰδόντων πρὸς δόξαν, planxerit Universitas, non aequè plangere debuerit AHRON?* quia scilicet & hic & Filii jam erant *ἡμφισμένοι τῷ σολῶ τῷ ἱερῶν, & adeo ἢ εἰς τὸν θεὸν πρὸς τὸ πρὸ αὐτοῦ Κυθρωπῆς*. Nihil vel rectius sentire vel rotundius ac elegatius in hoc argumento dicere licebat.

*Ad Eximium*

DN. HENRICUM HÖRNIUM,

Philologiae praesertim Sacrae Cultorem  
laudatissimum.

**T**E, ne malignus ille livor arguat;  
Vitam obruisse desidi silentio,  
Reconditaq; torpuisse inertia,  
In publicum profers olivi largiter  
Absumpti aperta germina, isq; proditum  
Patriaq; ad aram qui futurus sis SACER-  
DOS pectorale, cidarim, florem, pium,  
Tus, tota dein laturus hinc mysteria.

*Tanto omini applaudens scrib.*

*M. Jacobus Lindeman,*

*Rigenfis.*



**H**actenus egregios, HÖRNI cultissime, cursus  
Suspexit Varnus Lunaq; nostris tuos.  
Hinc ubi nunc pulchro stadium certamine claudis  
Varniarum, laus plaudat uterq; Tibi:  
Te votis cumulans, illa quae sorte beatum  
Te cupit Abronis quae fuit ante domus.

Politiss. atq; Doctiss.  
DN. RESPONENTI.  
honoris & amoris debiti  
E. f.

M. Johannes Knütelius,  
Buxteh, Brem.



**T**urus Lipsiam nobis repositum das  
Tuum nomen, Frater, dum disputas, quid nos?

Comites




Comitabimur Te amici pectoris voto,  
Ne Palladem, Frater, Diva Paphi mutes.

*Affectum cum honore testaturus suo  
Per biennium singulari & Mensa & amicitia  
communis Delitio*

DN. HENRICO HÖRNIO. f.

*Fridericus Gregorius ab Arentsen,*


*Eques. Bremens.*



**H**ÖRNI, Delitium Rosæ ac Selene  
Nostræ; nec sine gratulatione  
Meâ pulpita docta Te tenebunt.  
Grator Theologiæ Tibi labores;  
Grator Palladis extimos amores;  
Grator Mercurii simul lepores!  
Temox Theologiæ beent labores,  
Post sumtos meritos Minervæ honores  
Qvos urgent Tibi Mercuri lepores.

*Fausti ominis E. L. Mg, app*


*Daniel ab Arentsen, Equ. Brem.*



**N**unc HÖRNI, lepidum pectus, Solesq; calentes  
Et vigiles pandis noctes, quas nostra Selene  
Ad mirata suis secum persæpè notavit  
Ominibus. Soli nunc Marte ostendis aperto  
Qvalem Luna habuit: terra hinc Tibi plaudit & æther  
Illius & quæ sunt modò vota, hic præmia spondet.

*Gratulab. adj.*

*Johan. Julius ab Arentsen, Equ. Brem.*



**P**ræmia quæ flagrans studiorum flamma tuorum  
Exposcit: votis sumiro, amice, meis.  
Sic paucis voyeo sine fuce. Scilicet ardens  
En! studium votum continet omne tuum.

*Honoris E. add.*

*Carolus Gustavus ab Arentsen, Equ. Brem*

*(99) : 0 : (99)*





*Ad Eximium*

DN. HENRICUM HÖRNIUM

Philologiae praesertim Sacrae Cultorem  
laudatissimum.

**T**E, ne malignus ille livor arguat;  
Vitam obruisse desidi silentiō,  
Reconditaq; torpuisse inertia,  
In publicum profers olivi largiter  
Absumpti aperta germina, isq; proditum  
Patria; ad aram qui futurus sis SACER-  
DOS pectorale, cidarim, florem, pium,  
Tus, tota dein laturus hinc mysteria.

*Tanto omni applaudens scribit*  
**M. Jacobus Lindner**  
Rigenfis.



**H**actenus egregios, HÖRNI cultissime, cursus  
Suspexit Varnus Lunaq; nostris tuos.  
Hinc ubi nunc pulchro stadium certamine claudis  
Varniarum, laus plaudat uterq; Tibi:  
Te votis cumulans, illa quae sorte beatum  
Te cupit Abronia quae fuit ante domus.

Politiss. atq; Doctiss.  
DN. RESPONDENTI  
honoris & amoris deb  
E. f.

**M. Johannes Knütgen**  
Buxteh, Brem.



**I**turus Lipsiam nobis repositum das  
Tuum nomen, Frater, dum disputas, quid nos?

